Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



iudee sacerdos quidam nomine zacharias de uice abia et uxor illi de
filiabus aaron et nomen eius elizabeth Erant autem ambo iusti
ante deum incedentes in omnibus mandatis et iustificacionibus domini
sine querela Et non erat illis filius eo quod esset elizabeth sterilis
et ambo processissent in diebus suis Factum est autem cum sacerdocio
funseretur zacharias in ordine uicis sue ante deum secundum consuetu
dinem sacerdocii sorte exiit ut incensum poneret ingressus in tem
plum domini Et omnis multitudo erat populi orans foris hora in
censi Apparuit autem illi angelus domini stans a dextris altaris incensi
Et zacharias turbatus est uidens et timor irruit super eum Ait autem
ad illum angelus Ne timeas zacharia quoniam exaudita est deprecacio tua
et uxor tua elizabeth pariet tibi filium et uocabis nomen eius iohannem
Et erit gaudium tibi et exultacio et multi in natiuitate eius gaudebunt
Erit enim magnus coram domino et uinum et siceram non bibet Et
spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris sue et multos filiorum
israel conuertet ad dominum deum ipsorum Et ipse precedet ante illum in spiritu
et uirtute helye ut conuertat corda patrum in filios et incredulos ad
prudenciam iustorum Parare domino plebem perfectam Offertorium Gloria
et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum domine
Secreta Munera domine oblata sanctifica et intercedente beato
iohanne baptista nos per hec a peccatorum nostrorum maculis emenda Per
Com. Magna est gloria ~~tua~~ eius in salutari tuo gloriam et magnum decorem
imponis super eum domine Compl. Beati iohannis baptiste nos domine
preclara comitetur oratio et quem uenturum esse predixit poscat nobis
fauere placatum Dominum nostrum Ad priorem missam
Ustus ut palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur plantatus